



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

4 Iuspatronatus probatur per scripturam sculptam in marmore, & lapide in loco publico, quando praecessit tempus antiquum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

alijs per Roch. de cur. in verbo, construxit. vel quod ecclesiam pœnitus dirutam reedificet, quo casu requiritur, quod sit diruta, ut, si est parochialis, quæ indigeat nova consecratione. Roch. ubi supra num. 12. Lambert. in 3. art. quest. 6. princ. 1. lib. 1. & Rota in noviss. decis. 269. nu. 2. par. 2. & decis. 306. nu. 3. par. 1. & tribus modis probari potest juspatronatus.

2 Primò ex authentico † documento foundationis, vel dotationis, & authenticum documentum est publica scriptura, cui creditur sine alio adminiculo, vel jure, aut consuetudine speciali, cap. cum dilectus, de fide instr. Innocent. in cap. 1. nu. 2. eod. tit. & Bart. in l. si quis, in recept. §. si initium, num. 5. ff. de eden. & sacra congreg. concil. censuit, requiri pro forma, ut probatio fiat per authenticas scripturas, ut in decis. manuscript. super eod. cap. 9. in ver. authenticis scripturis, & Rot. in noviss. decis. 199. numer. 4. par. 2.

3 Secundò ex multiplicatis † præsentationibus per antiquissimum temporis cursum, in quibus enunciatur spectare juspatronatus de jure, vel consuetudine, quia illa verba, de jure intelliguntur ex fundatione, vel dotatione, Achil. de Grass. decis. 5. de jure patron. & Borg. Cavalc. decis. 17. numer. 6. par. 2. quòdque juspatronatus ex fundatione, vel dotatione probetur multiplicatis præsentationibus per tempus supra hominum memoriam, etiam si nullum instrumentum foundationis, vel dotationis ostendatur, & quamvis etiam in dictis præsentationibus nulla appareat facta mentio foundationis, vel dotationis, fuit à sacra cōgreg. conc. decisum, ut in decis. manuscript. super eod. c. 9. §. item congregatio censuit juspatronatus.

4 Tertiò, † probatur ex juris dispositione, ut litteris majusculis inscriptis in lapide posito in publico ab immemorabili tempore, quo casu intrat juris præsumptio, quòd, si descriptio juspatronatus in lapide posita non fuisset vera, ordinarius Episcopus non tolerasset in præjudicium suæ jurisdictionis, & collationis, & in antiquis sufficiunt leviores probationes, conjecturæ, & verisimilitudines, Put. decis. 355. num. 1. lib. 1. & in terminis de lapide, & mar. more, Bald. conf. 310. vol. 5. Feret. conf. 293. numer. 9. vol. 2. & Borgn. ead. decis. 17. numer. 5.

5 Immemorabilis verò † probatur spatio temporis centum annorum. Innoc. in cap. veniens, numer. 2. circ. fin. de verb. sign. in 6. Capell. Tolol. decis. 440. numer. 1. & Gabr. conf. 39. numer. 13. volum. 1. & in jure patr. Si immemorabilis probari deberet per testes, quòd sufficiat probatio sexagenaria, tenet congreg. conc. in decis. super eod. c. 9. in princip. quòdque ad probandam immemorabilem sufficiat quandoque tempus sexaginta, septuaginta, vel octoginta annorum, tenet Borgn. Cavalc. in ead. decis. 17. num. 9. & ad conficiendam immemorabilem connumerantur anni elapsi, non usque ad publicationem concilij tantum, sed decursi, usque ad terminum motæ controversiæ, ut in decis. super eodem cap. 9. & congregatio censuit, ut &c.

6 In ijs autem personis, † seu communitatibus, vel Universitatibus, in quibus id jus plerumque ex usurpatione potius quæsitum præsumi solet, plenior, & exactior probatio ad docendum verum titulum requiritur, nec immemorabilis temporis probatio aliter ejus suffragatur, quàm, si præter reliqua ad eum necessaria, præsentationes